fines Regni prahensione piscium innundatione aquarum pontium et aggerum ruptione præmissa euadere volendo imo his viti et alys cunctis in vniversum iuris remedys et defensis legalibusq. et illegalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus humaniq. ingenii acrimonia excogitatis et excogitandis se et suos successores abscribendo et abrenunciando Subámissione sua suorumq. successorum totius et integra causa Personali recognitione in præmissis mediante.

Eiusdem Quietatio.

Coram Officio præsenti Castrensi Capitaneali Branscensi et actis officy eiusdem personaliter comparens Nobilis Bartholomæus olim Boguslai Poplawski in Poplawy et Skrzypki hæres sanus mente et corpore exns palam publice ac libere verbisq. perexpressis recognouit Quia Nobilem Annam Przymalanka relictam consortem olim Nobilis Leonis Sieben de solutione summæ Quinquaginta Florenorum grossorum numeri et monetæ Polonicalis debiti certi et liquidi in summa olim Nobilem Zophiam Przymalanka spectante inscripti ob cessitam sibi sufficientem satisfactionem quietat et liberam facit ac inscriptionem pro eius interesse cassat annihilat et mortificat perpetuis temporibus, pro interesse veri Nobilis Joannis Wysocki saluam inscriptionem in toto cum eius ligamentis reseruat Personali recognitione mediante.

Poplawski Quietatio.

Coram Officio et actis præsentibus Castren. Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas Anzelmus Szablowski in Szabły dictus Lomzensis et in Poplawy Districtus huius Branscen. hæres Vicenotarius Castrensis Branscensis sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit Quia Nobilem Bartholomæum Poplawski olim Nobilis Boguslai Poplawski filium de solutione summa Triginta sex Florenorum Polon. ad rationem summæ Centum Florenorum Polonicalium debiti certi veri et liquidi debiti coram actis hisce Castren. Branscensibus inscripti ob cessitam sibi ab ipso sufficientem et plenariam satisfactionem quietat et liberum facit ac inscriptionem pro interesse summæ suprascriptæ Triginta sex Florenorum Polonicalium seruien. cum toto eius effectu cassat annihilat et mortificat perpetuis ac æternis temporibus Hac sua præsenti personali recognitione in præmissis mediante.